Iacobus dei gratia Rex Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice, Comesque Barchinone ac Sancte Romane Ecclesie vexillarius
ammiratus et Capitaneus Generalis. Fidelibus nostris Judicibus ordinariis vel delegatis Civitatis et vicarie Gerunde presentibus
et futuris. Salutem et graciam. Adientes presenciam nostram procuratores seu sindici universitatis hominum Civitatis Gerunde coram
nobis nomine dicte Civitatis proposuerunt humiliter et supplicaverunt quod cum in Civitate et vicaria predictis multi quod maliciam eorum
motis litibus tam in agendo quam et deffendendo laboribus et expensis probitate afficiantur deberemus vobis mandare quod nos in dictis Civi-
tate et vicaria faceretis observari ut victus victori in expensis condempnetur non obstante contraria consuetudine in Civitate Gerunde
super hoc observata. Nos itaque eorum supplicatione benigne admissa vobis dicimus et mandamus quatenus non obstante consuetudine
predicta quam ad requisitionem predictorum procuratorum nomine Civitatis predicte requirentium supradicta presentibus abolimus victum
victori in expensis prout de iure et ut usum fuit in postum condempnetis. Datum Barchinone sexto kalendas Junii
Anno domini millesimo CCC° quinto decimo. Expensa.

Arxiu Municipal de Girona